



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hipponensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XX. D. Augustinus à Pontifice Romano legatur Cæsaream ad abusum
nonnullos tollendos, maximè circa Missæ Sacrificium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

CAPVT XX.

D. *Augustinus à Pontifice Romano legatur
Cæsaream ad abusos nonnullos tollendos,
maximè circa Missæ sacrificium.*

Epist. 157.
ad Optat.
cap. 14.

HOC itidem anno CCCC. XVIII. Zozimus Papa legavit Augustinum Cæsaream Mauritanix ciuitatem, vt quasdam enatas in Ecclesiâ controuersias dirimeret. Quo in loco Emeritum Donatistam eiusce vrbis Episcopum, in Ecclesiâ, præsentem non vnus opinionis multitudinem, tam efficacibus argumentis conuicit, atque suâ (quæ etiamnum exstat) disputatione hæreticum oppressit, vt velut mutum & elinguem reddiderit. Quo tempore scripsit etiam li-

Lib. 2. Re-
tract. c. 48.

brum De correctione Donatistarum; nullam procurandæ salutis quorumcumque demum hominum occasionem negligens, vtque idem præstarent reliqui, frequenter

Tract. 10.
in Euang.
Ioan.

eos exhortans, *Nolite, ait, quiescere lucrari Christo, quia lucrati estis à Christo: vnusquisque in membris Christi zelo domus Dei comedatur. Quis comedatur zelo domus Dei? qui omnia, quæ fortè ibi videt peruersa, satagit emendare, cupit corrigere, non quiescit; si emendare non potest, tolerat, gemit. Et paulò post: Si in domo tuâ ne quid peruersum fiat satagis: in domo Dei vbi salus posita est,*

Zelo Dei
comedi de-
cet.

Et

& requies sine fine, debes pati quantum in te
 est, si quid forte peruersum videris? Verbi
 gratiâ, vides fratres currere & inebriari vel-
 le, prohibe quos potes, tene quos potes, terre
 quos potes, quibus potes blandire, noli tamen
 quiescere. Si amicus est, admoneatur leniter;
 uxor est, seuerissimè refrenetur; ancilla est,
 etiam verberibus cōpescatur; & si alienus est,
 non propterea omittatur corrigi; nā seruus ac-
 cusatus est non quia perdidit, sed quia talen-
 tum sine lucro seruauit. Hoc zelo succensus,
 proq; concione vniuerso populo lacrymas
 excutiens, abrogauit ibi teterrimā lapidan-
 di consuetudinē; pugnam videlicet, quam
 cateruam vocabant, quā statō anni tempo-
 re ciues inter se diuisi ad mortem vsque la-
 pidibus inuicem petebant. Sustulit etiam
 ante basilicas Sanctorum balandi morem,
 qui ex Gentilium superstitione irrepserat:
 item ferias quæ in Iouis honorem quintâ
 hebdomadis die agitabantur. Ad hæc in
 festis sanctorum Martyrum, conuiuij, cho-
 rearum, & citharæ abusum est infectatus.
 Alios etiam Catholicorum prauos mores
 in ipsomet ortu extinxit, eorum nempe
 qui negligenter rei diuinæ intererant, qui-
 que recedebant priusquam Missæ sacrifi-
 cium absolueretur, vel sermones sub eo
 miscebant, vel de Missarum prolixitate
 quere-

P. Ribadi-
 neira
 Sixtus Se-
 nensis l. 4.
 biblioth.
 p. 387.

Lib. 4. de
 doctr.
 Chriſt. c. 24
 De diuer-
 ſis ser. 115.
 De. S. Cy-
 prian. ser. 2
 3. &c.

Abusus
 circa Missæ
 sacrificium
 tollit.

Serm. 251.
De Temp.

querebantur: Cogentes, inquit, Presbyterum
 ut abbreviet Missam, & ad eorum libitum
 cantet: nec ei licet morem Ecclesiasticum se-
 qui propter illorum gulam & auaritiam, qua-
 tenus vnus punctus diei ad Dei officium, &
 reliquum diurnum spatium cum nocte simul
 ad eorum deputetur voluptates. Nolite, fra-
 tres mei dilectissimi, hæc facere, nolite hæc fa-
 cientibus consentire: quia non solum qui hæc
 faciunt, sed etiam qui consentiunt facienti-
 bus, pereunt. Nolite in hominibus bibendo,
 nomina vestra delere de celo. Sunt quidem
 multi, quod peius est, qui non solum seipsos
 inebriant, sed & alios cogunt & adiurant,
 ut amplius quàm expedit bibant: & inde se-
 pè inter eos nascuntur iurgia & homicidia.
 Ebriosi, ait Apostolus, & homicidæ regnum
 Dei non possidebunt, &c.

3. Cor. 6.

CAPVT XXI.

D. Augustinus maximam temporis ratio-
 nem habuit, ad spiritualia lucra pluri-
 mum intentus.

HIS omnibus quoad potuit radicitus
 extirpatis, bonos mores in vitiorum
 locum inuexit. Ut fanè sit admirandum,
 quemadmodum rebus à se gestis ipso hoc
 anno, quin imò per reliquos vitæ dies suf-
 fecerit. Sed nimirum ut temporis semper
 parcif-